





20 23
2. D. B. V.
Conclusionum Theoretico-Practicarum
ad
Institutiones Juris,
EXERCITATIO PRIMA, 146
ad
Lib. I. Tit. I. 1685

DE
JUSTITIA ET JURE,

Quam
PRÆSIDE

DN. GODOFREDO Strauß/
Jcto & Pandect. Prof. Publico, Potentiss.
Elect. Saxon. in supremo Appellat. Judicio, nec
non Sereniss. Principp. Anhalt. Servest. Consiliario
Aulico, Curia Electoral. Scabinat. & Facult. Jurid.
Assessore, p. t. Academiae Rectore,

publicè defendet

JOHANN.ERICUS OSTERMANN,
Wittenbergensis,

*Ad d. 8. Julii Anno MDC LXXV.
In Auditorio Jctorum.*

WITTEBERGÆ,
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typogr.

Constitutionum Theologico-Pragmaticarum

Instructiones Juris
EXERCITATIO PRIMA

Lib. I. Tit. I.

DE
IUSTITIA ET JURE

PRÆSIDII

DN. GODOLFREDI · STREUBI

Pro & P. Præsidii Prof. Publico, Potentiss.
Electo Saxon. in Imperio Appellat. Judicio, nec
non Scientiss. Principi. Anst. Secret. Consilio
Aulico Curie Electoral. Sabinæ & Facult. Juris
Alteore, p. Academiæ Rectore,

JOHANN. ERICUS OSTERMANN

Wittenbergensis

ad d. 8. Julii Anno MDCCXXV

In studio Juris

WITTENBERG.
Typis Christiani Schreyer, Acad. Typogr.





Jesu Juva!

**Conclusionum Theoretico-
Practicarum
ad Institutiones Justiniani,
EXERCITATIO I.**

Respondente
**JOH. ERI-
CO OSTER-
MANN,**
Witteberg.

Ad Libr. I. Tit. I. de J. & J.

Th. I.



Notamus ex h. pr. quod non defi-
niatur justitia divina, uti *Ungepaucus*
Ex. 1. q. 10. existimavit, sed humana.
Quamvis enim perfectissima & nullò
actu interrupta constantia in homi-
nem non cadat; tamen illa huic juxta
conditionem humanam & quatenus
civiliter est possibile, rectè attribuitur. Conf. *Habn. ad ff.*

b. t. n. 10. Unde & Imperator *in Nov. 30. & 69. pr.* justiti-
am inter virtutes hominum, quibus illi sunt intenti, quas-
que exercent, recensuit. Conf. *Arum. Ex. 1. q. 9. Paul.*
Voet. ad b. pr. Harprecht. ibid. n. 35. Bachov. ad Tr. V.
l. D. 1. q. 1.

A

Th. II.

Th. II.

Justitiæ prout hic definitur saltem unicam agnoscimus speciem. Eiusdem enim definitionis autor nominatur *Ulpianus in L. 10. pr. b. t.* Stoicorum sectæ addictus; hi verò distinctionem justitiæ in universalem & particularem Aristotelicis familiarem vel ignorarunt, vel tamen insuper habuerunt. *Conf. Bach. hic in π. ω. τ. p. m. 12.* Quod si tamen istam Peripatericorum distinctionem hic applicare vellemus, dicendum foret, particularem hic justitiam definiri. Justitia enim universalis, etsi faciat ut omnia fiant secundum jura & leges; jus tamen suum cuique tribuere ad solam particularem justitiam pertinet, nec illi competit; nisi quatenus ipsa particularem certâ ratione comprehendit. *Hornej. Philos. Moral. Lib. 3. c. 2. n. 12. Schombel. Diss. π. 1. tb. 12.* Unde non inficiamur, universalem etiam justitiam in jure nostro non quidem directe; sed eatenus saltem attendi, ne finis particularis justitiæ impediatur. *Conf. Scot. in Exam. Jurid. b. t. p. 1. pag. m. 21. Straaub. dissert. 1. Aphor. 3.*

Th. III.

Justitia constanter citra respectum personarum exerceri debet *h. pr. nr.* adeò ut ex charitate adversus justitiam nullo modo decerni quicquam possit. *Celeberr. Dn. D. Ziegler. in tract. de Judic. offic. & Delict. Concl. 12 tb. 7.* *Conf. Ord. Jud. Saxon. tit. 1. von Richterlichen Amte ibi: mit administration gleich durchgehender Justitz. &c.* Nam & casum pro aratico, quem quidem *Bachov. ad Tr. K. 1. D. 1. th. 1. lit. B.* in quæstione incerta juris reponit, non agnoscimus.

Th. IV.

Nec verò justitia in altam & bassam cum *Paulo Voetio*
ad

ad h. pr, inf. dividenda erit. Quamvis enim in foro di-
stinctio jurisdictionis in altam & bassam sit recepta, & ipse
Voet. statuat, justitiam pro jurisdictione moribus usurpa-
ri; tamen haec non repperi probatos autores qui voce
istâ ita utantur vel potius abutantur, nec in Praxi acceptio-
nem illam ita usu venisse, memini.

Th. V.

Jus & Jurisprudencia sunt Synonyma: id quod patet ex
collatione Rubricæ, & §. 1. b. t. Inscrubitur enim titulus
insimul de jure & ipsa jurisprudentia deinde in §. 1. descri-
bitur. Nec quicquam facit, quod *Celsus in L. 1. pr. b. t.*
jus definiat artem æqui & boni: hic enim quoad substan-
tiam in compendio quasi jus delineavit. Imperator verò
cum *Ulpiano in L. 10. §. 1. b. t.* in statu extensiori quoad
materiam & formam id nobis præsentavit: qui diversus
considerandi modus rei & essentiæ diversitatem non indu-
cit. Conf. *Habr. ad Wesenb. b. t. n. 14.* De cœtero ca-
vendum hic est à consultissimo *Dn. Joh. Strauchio Diss. Just.*
1. Aphor. 1. qui jus seu jurisprudentiam tanquam discipli-
nam & systema præceptorum civilis societatis considerari,
adeoque systematicè saltem in præsentî definiti, sibi existi-
mat. Qui respectus cum valdè accidentalî sit, eum at-
tendisse Jctos, non est verisimile. Obstinatum ergo sedet
& fixum manet, quod jurisprudentia tanquam habitus hic
sistatur & delineetur, uti Jctus in *L. 1. pr. b. t.* non obscu-
rè indigitat.

Th. VI.

Speçtat cura religionis & sacrorum ad magistratum Po-
liticum arg. §. 1. *Inst. b. t.* vid. *Deuter. 17. v. 18.* quoad cu-
ram scil. externam, vi cuius religio vera propagatur, Ecclesia

defenditur, jurisdictio Ecclesiastica exercetur, Concilia instituuntur &c. non internam, quæ in administratione sacramentorum, Prædicatione verbi divini & absolute ne poenitentium consistit, quæ ministris Ecclesiæ omnino relinqvenda est. Vid. *Carpzov. in jurisprud. Eccles. Lib. 1. tit. 1. Defin. 1. seqq.* *Conring. de Pac. Relig. Conclus. 12. Lit. B.* & confer fusc celeberrimum D. nostrum *Zieglerum Tr. de jur. Maj. L. 1. cap. 13. num. 14. seqq.*

Th. VII.

Jurisprudentia primum levi ac simplici viâ tradenda, antequam ad exactissimam ejusdem interpretationem deveniatur §. 2. *J. b. s.* Nam & Philosophi à facilioribus ad difficiliora sæpius progrediuntur, ab imis ad summa ascendunt. Conf. *Dn. Tabor in Partionibus Element. part. 1. tb. 2. Paul. Voet. ad b. §.* Jam & nos Philosophiam eamqve non simulatam sed veram sectamur. *L. 1. §. 1. ff. b. t. Wissenb. Disp. 1. ad Inst. ff. 17.*

Th. VIII.

Peccant qui ipsarum Institutionum ordinem turbant, libros adeò & titulos transponunt. Eximius in hoc negotio fuit Hottomannus, quem secutus est Anthon. Matthæi, & novissimè Ant. Pichard. Jctus Hispanus in *Comm. ad Inst.* Quid verò hi aliud præstitere, quam ut laborem multiplicaverint? Nec enim privata quorundam AA. opinio publicæ Imp. autoritati præferenda erit. vid. elegantiss. hanc in rem *Tabor. c. l. in Pref. & tb. 1.*

Th. IX.

Methodus, quam Imperator in Institutionibus servavit analytica est, quoniam jurisprudentia disciplina practica audit:

79.
audit: siquidem magere expedit. *Cont. Arist. Lib. 2. Ethic. cap. 10. Coras. in L. 1. de J. & J. & Wissenb. Disp. 1. ad Inst. tb. 17.* Accedit quod Imperator in Institutis primum de fine, deinde de mediis ad finem ducentibus agat, adeoque diserte ordinem analyticum servet. Non itaque faciendum cum Hornio qui *Tract. de Civit. in proem. cap. 6.* methodum de fine ad media adeoque analyticam plane rejicit: prater ingenii enim subtilitatem & novandi studium illa sententia parum habet veritatis, de quo in *Discursu conf. omnino Habn ad ff. b. t. n. 1.*

Th. X.

Dum honeste vivere in §. 3. b. t. jubemur, virtutes in simul omnes precipiuntur & vitia vetantur. vid. bonum textum in *L. 15. de Condit. Inst.* siquidem preceptum hoc hominem quoad seipsum respicit & perficit jubetque ut fortiter, mansuete, temperanter &c. vivat. Quod in tantum procedit ut propter honestatem nonnunquam etiam ab iis abstinendum sit, quae Legibus civilibus permixta aut non expresse prohibita sunt: nec enim omne quod licet honestum est *L. 144. L. 197. de R. I. L. 42. de R. N. §. 9. Inst. de Nupt.* Ita jus civile in nuptiis matris consensum non desiderat, requirit vero honestas *conf. Wissenb. ad L. 144. de R. I.* quae moribus nostris in legem versa est. *Ord. Eccles. sub tit. von Ehe-Sachen / §. von Ehegelobnis / vid. Carpzov. Ipr. Eccles. Lib. 2. D. 44.* Pariter concubinatus jure civili magis toleratus ac permixtus quam approbatus legitur. Is enim proprie sumptus deflectit a conjugio non in eo tantum quod sobolis procreandae non habeat intentionem; sed etiam in eo quod a maritali longius absit affectu nec perpetuum & indissolubile vitae consortium

A 3

qua-

quærat conf. *Dn. Ziegler, ad Grot. de J. B. & P. Lib. 2. c. 5. §. 15.* Atque inde est, quod concubinatus simpliciter in Ecclesia fuerit damnatus & improbatus, quam in rem in terris Saxon. Electoral. exstat. ordin. Provinc. de anno 1550. sub tit. von verdächtigen und leichtfertigen Weibes Personen &c. vid. *Carpzov, Ipr. Eccl. L. 2. Def. 235.*

Th. XI.

Nemo est lædendus *dict. §. 3. f. b. t.* cum injuria scilicet vim igitur injustam propulsare licet. *L. 3. de J. & F. qvo casu moderamen inculpatæ tutelæ adhiberi debet.* Quod si enim vis sit illata, & aliter ea non potuerit declinari, tum resistentia est honesta ratio expediendæ salutis. conf. *L. 45. §. qui cum aliter ff. ad L. Aquil. constit. Crim. Car. V. art. 140. Rubr. was eine Nothwehre ist. & felse Wissenb. Disp. 4. ad Inst. per totum. Carpzov. in Ipr. For. p. 4. c. 12. D. 8. & præprimis in Pract. criminal. p. 1. q. 28. n. 18. seqq.* Pariter non lædit, qui jure permittente alterum in pretio emptionis naturaliter i. e. negotiativè & uti in commerciis fieri amat, circumscribit. *L. 16. §. 4. de Minor.* Sicut enim dolosæ circumscriptiones omnino sunt prohibita: ita cum animus sit venditori cariori pretio rem vendere, emptori viliori emere ex natura hujus contractus, in quo licitationes indulgæ sunt, permittitur emptori venditorem in hoc ut quam minimo emat, & vicissim huic illum ut quam maximo vendat circumvenire conf. *Frantzck. ad ff. d. Cont. empt. n. 232. seqq. Wissenb. ad L. 8. C. de Resc. vend.*

Th. XII.

Suum cuique est tribuendum *b. §. 3. cum discretionem scilicet & iudicio.* Ita latroni non est reddendum depositum

95.
tum sed potius domino *L. 31. §. 1. Depos.* Quod si enim du-
obus aliquid præstandum, potius ei tribuendum est cujus
petitio justior habetur, quod est jus justo melius, vid. *Arist.*
Lib. 5. Ethic. cap. 14. *Habn. ad Wesenb. in ff. n. 14.* nam &
lex inferior superiori cedere debet. *L. 61. §. 5. de furt. conf.*
Petr. Ostermann ad Inst. b. t. p. m. 18. Nec furioso red-
dendus gladius est, quamvis vel maxime ad ipsum spectet:
sedulo hinc utrobique circumstantiæ attendendæ veniunt,
ne iis neglectis injustitia evadat, conf. *Wissenb. ad ff. p. 1.*
Disp. 2. th. 4. seqq. & tum accidat ut summum jus summa-
fit injuria *Ter. Act. 4. Scen. 5. Heautont.*

Th. XIII.

Plura etiam quam hæc tria juris præcepta universalialia da-
ri dubium non est, e. g. Deum esse colendum, Parentes ho-
uorandos, pacta servanda &c. interim nec illud negandum
erit, quod hæc talia ad tria ab *Imperat. in b. §.* allata præce-
pta suo modo reduci queant conf. *Vinn. ad b. §. Paul.*
Voet. ibid.

Th. XIV.

Jus publicum Romanum tractatur potissimum in *Lib. 1.*
ff. §. lib. 1. §. 3. ultimis Codicis, sed hodiernum Romano-
germanicum petendum ex Aurea Bulla Caroli IV. capitulationibus
Cæsareis, Recessibus Imperii, Ordinat. Cameræ,
Judicii Aulici, jure Feudali &c. vid. *Limm. de Jur. publ.*
Lib. 1. cap. 1. n. 6. seqq. *Habn. ad ff. cit. loc. p. m. 62 63.* Errant
ergo, qui jus publicum hodiernum vel ex Justiniano cor-
pore juris petendum solummodo vel controversias circa
id ortas ex antiquato illo jure decidere præsumunt. Præ-
terquam enim quod Reipubi. nostræ status à veteri Reip.
Rom. forma longe sit diversus, vix potest probari, quod im-
peri-


perium nostrum in leges illas consenserit, *conf. Conring. diff. de Iur. publ. autor. in Germania.* Interim negari non potest plurimas Juris Publici veteris leges adhuc hodiè in iis, quæ status noster cum veteri Romano habet communia, non exiguum habere usum, quæ ratione *Dn. Tabor. in Tract. de Metatis & Epidemeticis cap. 5. n. 4.* Conringius aliàs aduersus cum ipso quoad tenus conciliari posse videtur. *Conf. Burgoldens ad Instrum. Pac. part. 1. disc. 3. §. 3.*

Th. XV.

Jus publicum æque est collectum ex principiis juris naturalis, Gentium & Civilibus ac privatum. Ita enim Deum esse colendum, magistratui esse obediendum &c. ex jure naturæ: fœderum, legationum bellorum &c. jura ex gentium placitis, & multa alia ex Lacedæmoniorum & Atheniensium institutis habemus. *Conf. Bachov. ad Tr. V. 1. D. 1. tb. 3. lit. B. Ludov. ad b. §. fin.* Ratio verò illa, quam quoad jus naturale in hoc articulo affert noviter *Paul. Voet. ad b. §.* quod sc. juris publici vestigia non minus occurrant in brutis animantibus, quam juris privati simulacra, dum apes suum regem sequantur, eundem ambient, circumvolitent, grues agminatim prodeant, instruant aciem, volitando ordinem literarum observent &c. nimis longè petita & parum stringere videtur: cum & simulacra illa improprietatem oppido sapiant.

FINIS.





ULB Halle
003 919 919

3



Sb.

V077







B. V. 20 23.

39.

retico-Practicarum

es Juris,

IO PRIMA,

146

Tit. I.

1685,

ET JURE,

am
SIDE

REDO Strauß/

f. Publico, Potentiff.

no Appellat. Judicio, nec

halt, Servest, Consiliario

Scabinat. & Facult. Jurid.

ademiae Rectore,

defendet

S OSTERMANN,

ergensis,

MDC LXXV.

io Jctorum.

BERGÆ,

RÖDTERI, Acad. Typogr.

ZYMALE

85
35
10

